

¶ Pars. VI.

¶ Ca. VIII.

Merito contra lepre putredine. Cedrus impuribilis. Et contra putridum humorem yfop? eiusdem purgatiua: nec non est contra fetorem passionis illius et maculas: conuenienter adhibentur. Creditur autem et yfopi succus faciei maculas abstergere. Coctus autem bis tinctus propter hoc: ut viuendum et rediuuium colorem per hunc ritum leproso restitui significet. Adhibentur etiam ista quatuor: ut leprosus immundicia lepre sue inquinari tria elementa ad minus agnoscit. Verum tanto minus esse immundiciam lepre corporalis: immundicia lepre spiritualis intelligat: quanto faciliorem eius esse purgationem cognoscit. Dum hanc conspicit leui asperzione: illam vero non nisi forti conflagratione purgari. Et attende quia passer viuus liber in agrum auolare hic dimitti precipitur: post expletum ritum purgationis. Passer siquidem de auibus est gregatum in habitantibus atque volantibus. Cum ergo ab alligatione aspersois ad agrum auolare dimittitur: id est acsi ad propria castra redeundi licentiam eis detur: in quo significat leprosus a ritu expiationis: liber ad castra reuertens. Quod autem de sanguine hostie imolate super extremum auricule dextre: et super pollices dextre manus et pedis poni precipitur. Illa causa videtur esse iuxta litteram: quia in huiusmodi pollicibus: signa lepre apparere in primis consueuerunt: videlicet insensibilitas eorum. Et forte idem apparet in extremis auricule dextre: pars enim illa: valde parum sensibilis est.

¶ De Prohibitione commixtionis animalium diuersi generis.
¶ Capitulum. VIII.

Post hec dicemus causas prohibitionis commixtionis animalium diuersi generis. **A** Prima ergo causa fuit: ut ordo ipse nature commedaret populo dei tanquam eius naturale: eiuudemque statutum. Secunda causa: ut flagitium omne sodomiticum declinaretur. Tercia causa: ut spurcissimis illis gentibus quante dei populum de terra promissionis eiciende erant: non communicarent: sicut legitur in xvij. Leuitici: et eiusdem xx. Quarta causa: ut modestia et pressio concupiscentie ex hoc deo acceptior esse ostenderetur: quod etiam in animalibus brutis normam nature esse regulatam volebat. Quinta causa: ut ne phanda opera et maleficia: que de fetibus ex huiusmodi commixtione procreatis fiebant: declinarent: sicut leguntur in libro que dicitur Neunuch siue nenenmch: et alio nomine vocat: leges placationis